Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ihesu continuebant pati. Cum autem
die in templo et circa domos non
cessabant docentes et euangelizan-
tes christum ihesum. VI
In diebus autem illis crescente numero
discipulorum factus est murmur
grecorum aduersus iudeos eo quod
despicerentur in ministerio cotidiano in
due eorum. Conuocantes autem apli
duodecim multitudinem discipulorum
dixerunt. Non est equum nos derelin
quere uerbum dei et ministrare mensis.
Considerate ergo fratres uiros ex uo
bis bonos testimonio septem plenos spi
ritu sancto et sapientia quos constitu
amus super hoc opus. Nos uero oratio
ni et ministerio uerbi instantes erimus.
Et placuit sermo coram omni multi
tudine. Et elegerunt stephanum u
rum plenum fide et spiritu sancto.
et philippum et procorum et nicano
rem et timonem et parmenam
et nicholaum aduenam antiochenum.
Hos statuerunt ante conspectum
apl̃orum et orantes imposuerunt eis
manus. Et uerbum domini crescebat
et multiplicabatur numerus
discipulorum in hierusalem ualde. Mul
ta etiam turba sacerdotum obedi
ebat fidei. Stephanus autem plenus
gratia et fortitudine faciebat pro
digia et signa magna in populo. Sur
rexerunt autem quidam de synago
ga que appellabatur libertinorum
et cyrenensium et alexandrinorum
et eorum qui erant a cilicia et asia
disputantes cum stephano et non po
terant resistere sapientiae qui loquebatur.
Tunc subornauerunt uiros qui
dicerent se audisse eum dicentem u
ba blasphemie in moysen et deum.
Conmouerunt itaque plebem et seni
ores populi et scribas et concurren
tes rapuerunt eum et adduxerunt
eum in concilium et statuerunt tes
tes falsos dicentes. Homo iste non ces
sat loqui uerba blasphemie aduer
sus locum istum sanctum et legem
audiuimus eum eum dicentem quoniam
ihesus nazareus hic destruet locum
istum et immutabit traditiones quas tra
didit nobis moyses. Et intuentes
eum omnes qui sedebant in concilio
uiderunt faciem eius tamquam faciem
angeli. Dixit autem princeps sacerdo
tum stephano. Si hec ita se habent.
Qui autem ipsis. VII
Viri fratres et patres audite.
Deus gloriae apparuit pa
tri nostro abraham cum esset
in mesopotamia priusquam moraretur
in charran et dixit ad illum. Exi de
terra tua et de cognatione tua et ue
niam quam monstrauero tibi. Tunc
exiuit de terra chaldeorum et habitauit
in charran. et tamen postquam mor
tuus est pater eius transtulit illum
in terram istam in qua nunc uos habi
tis et non dedit illi hereditatem in eis
set passum pedis sed et repromisit
illi dare eam in possessionem et semi
ni eius post ipsum cum non haberet filium.
Locutus est autem ei deus quia erit se
men eius accola in terra aliena et ser